qui in bonis quae facit non retributionem inte-
rius sed exterius fauorem quaerit.
Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua.
Ideo inquit omne gaudium uos existimare
oportet cum in temptationes uarias incideri-
tis. quia omnis qui aduersa humiliter pro domino suf-
fert. sublimitatis ab illo regni praemia percipiet.
Diues autem in humilitate sua. subaudi a su-
periori uersu glorietur. quod per irrisionem
quae graece hironia uocatur dictum esse constat.
Quoniam sicut flos foeni transibit. Flos foeni et
odoratu delectat et uisu. sed citissime gra-
tiam suae uenustatis et suauitatis amittit.
Ideo quoque huic rectissime praesentis impiorum feli-
citas assimilatur quae diuturna esse nullaten-
us ualet. Exortus est enim sol cum ardore. Ardore

Licenza: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 262, p. 10 – Beda in epistolas canonicas (http://www.e-codices.ch/it/csg/0262/10)